

construatur. Et ut hoc nostrae deliberationis decretum stabile fixumque permaneat, visum est nobis, praesentium episcoporum subscriptione firmari, et episcopo Moguntino, Trevirensi, Coloniensi, Adaldago^{c)} omnibusque Galliae et Germaniae episcopis assensus sui subscriptione dirigi roborandum, ut, quod in Romana ecclesia nuper actum est, cum ipsorum iudicio comprobetur, idque districte apostolica auctoritate Galliae et Germaniae episcopis edicimus, ut sine contradictione a nobis ordinato episcopo subscribente his nostris decretis viva voce confirmando subscribant, in unum convenientes praesentibus Romanae sedis legatis.

Nach dem Liber priv. S. Maur. fol. 13. im K. Geh. Staatsarchiv zu Berlin, vergl. mit dem Copiar. LVII. fol. 319. im Prov.-Archiv zu Magdeburg.
Boysen hist. Mag. I. S. 197. — Dreyhaupt Beschreib. des Saalkreises I. S. 21.

c) Bischof von Schleswig.

No. 11. 983. 27. Febr.

Kaiser Otto II. eignet dem Stift Meissen das Dorf Setleboresdorf im Burgward Boritz, den Elbzoll von Belgern aufwärts bis Meissen etc.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Otto divina favente clementia imperator augustus. Noverit omnium fidelium nostrorum tam praesentium quam futurorum industria, qualiter nos ob petitionem et interventum fidelium nostrorum, Willegisi videlicet archiepiscopi et Diemonis marchionis, pro memoria patris nostri, quem¹⁾ quidem, quod coeperat ipse, nos perficere et meliorare oportebat, tradidimus quandam villam Setleboresdorf^{a)} vocitatum, iacentem in burcardo Boruz^{b)} dicto prope fluvium qui Albia dicitur, Misnensi ecclesiae cui Folcholdus episcopus praeesse dinoscitur, cum omnibus rebus iuris nostri in eodem villae situ manentibus et accidentibus, proventus in theloneo, quod ad fiscum nostrum pertinuerat, a civitate, quae dicitur Belegora usque ad ejusdem Misnensis ecclesiae portum sursum, indeque denuo per ambas plagas praefati fluminis Albiae deorsum, sicque intra praefinitum terminum, ubicumque manus negotiatorum ultra Albiam huc illucque sese diverterit, ex integro et absque ulla contradictione theloneum eidem praenominatae Misnensi sedi persolvant, veluti ad fiscum nostrum debuerint. Igitur posthaec statuimus, ut omnes, qui in eodem burgwardo habitent, omnem decimationem rerum suarum, scilicet frugum, pecudum, pecuniarum, vestimentorum, mellis et crusinarum, nec non quod Theutonici dicunt uarcophunga et talunga familiarum, et omnium utilitatum, quibus mortales utuntur, in eandem Misnensem civitatem deo sanctoque Johanni evangelistae et sancto Donato martyri, omni ambiguitate procul remota persolvant, referant et reddant. Insuper ad haec omnia de nostra proprietate et de nostro iure, quod in eodem burgwardo possidemus, permisimus et concessimus ejusdem villae iamiam Setleboresdorf dictae cultoribus, de ambabus Albiae partibus liberam facultatem laborandi et inquirendi, ea scilicet ratione, ut nemo

1) Richtiger wahrscheinlich *quoniam*.

a) Lage unbekannt, wenn nicht die Vorsetzsyben *setle* auf dasselbe Wort, das als *cethla* anderweit dem Ortsnamen nachgesetzt wird (vgl. No. 19), hindeuten und so ein boresdorf gemeint ist, das entweder in dem Dorfe Boritz selbst (Alt- und Neuboritz) oder dem nahgelegenen Bahra noch besteht. Setle, cethla wahrscheinlich verwandt mit dem slawischen sedlák, Dorfbewohner, Bauer, dürfte eine Niederlassung Ackerbau treibender Menschen bezeichnen. — b) Boritz an der Elbe bei Riesa.